

circa Dissidentium sive Protestantium in Regno Polonia  
gravamina, Sermo Poloniarum Regi, à Serma Ma-  
gna Britannia Regina Legato Extraordinario Dni Scot  
exhibitus Varavia, die Sept. 1713.

Cum infrascriptus Serma Magna Britannia Regina Ablegatus Extraordinarius,  
nec non Serma Borussia Regis, et Sellorum ac Præpotentum Ord. Fœderati Belgii  
Ablegati etiam Extraordinarii, non ita pridem apud Serma Poloniarum Regem,  
in solenni Audientia, non Principium suorum questi sint et zelo intempe-  
ranti quorundam in Polonia Romano-Catholicorum, qui Augustana Confessi-  
oni addictos varijs modis cadere et opprimere conantur, nullo proorsus respu-  
habito ad Jura et Privilegia, quibus Dissidentes in Relig. Christiana, secundum te-  
norem Legum Poloniarum, et vim Pactorum Conventorū sui deberent; cum sese,  
nisi Serma Poloniarum Rex benignè responderit, quod gravissimum per debitam  
inquisitionem constaret de veritate gravaminum, sub quibus Subditi sui ex Pro-  
testantium communionem laborare dicuntur, sibi cura esset, non solum adleva-  
mentum aliquod sibi dictis Subditis suis adferre, sed et omni meliori modo  
carere, ne quis eos in posterum in libero usu et exercitio Juriurum et Privilegio-  
rum suorum turbare audeat. Factus est quoque Sermus Rex, se hoc etiam  
debere facere, ex religione juramenti ad tempus coronationis suæ prædicti.

Tali Responso fretus infrascriptus Ablegatus Extraordinarius, mandato etiam  
Speciali Serma Magna Britannia Regina, Dni sui Clementissimæ obstrictus,  
Memoriale hoc cum annexis fundamentis Querelarum Protestantium, conti-  
derationi Serma Poloniarum Regis offert, speratq, se non Principis sui agentem,  
facile apud Clementissimum Principem impetraturum, ut querelæ tam Coetivæ  
quam hõium privatorum Augustana Confess. in Polonia addictor, non solum  
audiantur, sed etiam, ut remedia adæquata et prompta adhibeantur, quibus  
malum de quo queritur tolli, et ruina totalis magna et utilis Civium hujus  
Regni partis, præveniri potest.

Ceterum hæud necessarium fore existimat infrascriptus Ablegatus, mul-  
tas aut prolixas adducere rationes, quibus evincat, æquitati et justitiæ con-  
sentaneum esse, illud quod non Sæ Ræ Mæ Magna Britannia in favorem  
Protestantium in Polonia petit. Nemo enim est, qui non primo intuitu videt,  
quantum in delyta Poloniarum Reip. inrfit, Pacem inr Dissidentes in Religio-  
ne Christiana factam sectarum conservari, quamq, necessarium hoc sit funda-  
mentum, non solum internæ tranquillitatis, sed et cum plurimis externis  
Potentibus amicitia, nemo peritus rerum, vel præjudicijs et studio partium  
vacuus, qui non fatebitur, tempestivè occurrendum esse huic nimio in cau-  
sa religionis zelo, qui humanam societati semper nocuit, semperq, necessario  
nocturus est. Nec enim credendum est, quod tantum in majestatem Divinam  
offendant, aut in Charitatem Christianam proximo debitam, qui Imperium in

Con-